


I N D E X  
LECTIONUM  
IN  
ACADEMIA  
FRIDERICIANA  
PUBLICÆ ET PRIVATIM  
PER AESTATEM 1784  
HABENDARUM.



---

BUETZOVII  
EX OFFICINA FRITZIANA.





## LECTIONES THEOLOGORUM.

**D.** C. A. DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. Præleget partem primam THEOLOGIÆ MORALIS, & præterea tradet INTRODUCT. HIST. THEOL. in libros ecclesiæ nostræ symb.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Conf. Duc. Consil. & S.S. Theol. P. P. O. auxiliante DEO per semestre aestiuum *Theologiam Dogmaticam* docebit, & praecipita tam *homiletica* quam *catechetica*, aut aliam doctrinarum theologicarum partem tradet, prout rationes Auditorum amissimorum postulauerint.

D. IOH. PETR. ANDR. MULLER, S.S. Theol. P.P.E. annuente benigno Iesu Christi numine 1) ingredietur *Theologiam dogmaticam* docere, curriculo annuo finiendam, recens exaratos dictaturus paragraphos, qui uberiore sermone illustrentur: 2) *Euangelia Matthæi, Marci & Lucæ* suo more interpretabitur.

IURE-

## IURECONSULTORUM.

**I**O. MATTH. MARTINI, I. V.D. & P.P.O. Serenissimi Ducis Consiliarius Iustitiae

Praetis laboribus hiamalibus, per semestre proxime subsequens operam navabit explicationi

- 1) historiae iuris iuxta compendium Perillustris de Selchow
- 2) iuris mecklenburgici privati ad dictata sua
- 3) nec iis deerit, qui sua manuductione ad praxin forensem uti cupiunt.

Horas suo tempore ex tabula publica indicabit.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. Ord. & Sereniss. Duc. a consil. iustit.

Hora XI. docebit Ius Publ. Imperii R. G. secundum Institutiones Ill. PÜTTERI.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, P. P. O. ac Consistor. Ducal. Consiliar. auxilio Dei fretus per instans semestre aestivum

- 1) *Ius feudale Longobardicum* simulque *ius feudale patrium* ad filium compendii BOEHMERIANI explicabit.
- 2) *Digesta* duce BOEHMERO aut HELFELDTIO tradet.
- 3) *Ius Canonicum* secundum G. L. BOEHMERI *principia iuris canonici praesertim iuris ecclesiastici publici & priuati, quod per Germaniam obtinet*, in usum tam Iuris Cultorum, quam SS. Theologiae Studiosorum interpretabitur.
- 4) *Institutiones Iuris ciuilis* secundum Compendium Heinecii ab HOEPFNERO emendatum enucleabit, nec non
- 5) Diebus Mercurii & Saturni scholas suas iterum aperiet disputationas & examinatorias.

## MEDICORUM.

**G**EORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facult. Medicæ Senior, per instans semestre aestivum Materiam sic dictam Medicam

dicam docebit, nec deerit porro iis, qui in aliis artis salutaris partibus manuductionem suam desiderabunt.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & SERENISS. DUC. Conf. Aul.

Wird auf hohen Herzogl. Befehl in den Vormittags-Stunden von 10-12. die Hebammen in der Entbindungs-Kunst unterrichten.

*Privatum Pathologiam Medicam ad ductum Compendii sui: von den Krankheiten des menschl. Körpers explicabit.*

Desiderantibus praelectiones chirurgicæ, intermixando doctrinam delegationum ordinabuntur.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O. Sereniss. Duc. Regn. Archiater & a Consiliis aulæ, prælectionibus pathologicis, omni, qua par est, fide, dexteritateque vacabit. Quin & privatissimam operam, in aliis artis salutaris partibus, libens desideraturis sacrabit.

## PHILOSOPHORUM.

E OB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. & Sereniss. Duci regn. & consil. iustit.

Hora X. Res pace belloque ab anno 1440. ad nostra usque tempora in Europa gestas enarrabit ad filum compendii IO. GEORGII BÜSCHII V. C. nouaeque eius editionis, quae a. 1783. prodiit sub titulo: *Geschichte des merkwürdigsten Welthandel der neueren Zeit.*

OLAUS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVCI REGN. a consiliis Aulae OO. LL. Prof. P. O. & Bibliothecae Praefectus

Praelectiones in Vet. Foederis libros cursorias, & in Nou. Foed. versionem & cel. Adleri chrestomathiam syriacam analyticas, continuabit, manuductionemque ad linguam arabicam rediutus.

SAMU-

SAMUEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a consiliis  
aulae - ac Jur. N. & G. Prof. P. O. per aestatem horis suo tem-  
pore e valvis publicis indicandis 1. *Rationem & ordinem studio-*  
*rum academicorum exponet*, 2. *Logices praexcepta e brevario*  
III. *Federi tradet*, 3. *Metaphysicam eodem duce docebit*, & 4.  
*Jurisprudentiam naturalem praelucente Perill. Hoepfnero in-*  
*terpretabitur*; nec non *praelectiones in Philosophiam moralem*  
atque *Aestheticam iis offert*, qui in his doctrinis a se erudiri cu-  
pierint.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O.  
1) *Logicam itemque 2) Metaphysicam e suo compendio docen-*  
dam pollicetur, nec uero minus 3) ad *disputationes super thesi-*  
*bus siue philosophicis siue theologicis*, ut superiore tempore  
iterum iterumque inuitauit, ita nunc enixe inuitat uel minime  
disertos atque adeo balbos commilitones, quibus illud vulgare  
pariter & uerum commendatum cupit: *Qui nunquam male,*  
*nunquam bene.*

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O.

- 1) arithmeticam, geometriam & trigonometriam docebit;  
præente celeb. Karsten in seinem Auszuge aus den An-  
fangsgründen der mathem. Wissenschaften;
- 2) physicam tradet in compendium Beckmannianum com-  
mentaturus;
- 3) prælectiones in mathesin applicatam, intra anni spatiū  
finiendas offert, proximo semestri scientias mechanicas &  
architectonicas absoluturus;
- 4) analyseos finitorum præcepta explicabit, duce cel. Kast-  
nero.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KAR-  
STEN, Oeconomiae P. PO. per instans aestiuum semestre Com-  
militonibus offert:

I. Cursum scientiarum mathematicarum, & theoreticarum &  
practicarum, ita, ut per instans semestre *Mathesin puram*,  
hieme

hieme proxima vero *scientias mechanicas* ad ductum libri Karstens Auszug aus dem Lehrbegriff und den Anfangsgründen der gesammten Mathematik, hora VIII - IX. matutina persequi constitutum sit.

II. Praeterea ad eas scientiarum Oeconomicarum partes, quas libuerit, explicandas, paratum se, ut semper, offert. Quem in finem, ut pro viribus DD. Commititonum commodis inserviat, scientiarum Oeconomicarum & reipublicae & privatae maxime necessariarum orbem, (quem *Encyclopaediam* vocant) praeeunte III. FABRICII compendio: Anfangsgründe der ökonomischen Wissenschaften, hora IX - X. monstrabit, quo argumentum earum & nexus in genere innotescat; & in posterum lectiones Oeconomicas ita instituet, ut studiosi, si qui erunt, totum earum ambitum absolvire possint. Nec non denique

III. rationem delineandorum typorum architectonicorum hora III - IV. post meridiem docebit.

## DOCTORUM PRIVATORUM.

IOANNES IACOBUS LANGE, I. V. D. & F. I. A. O. per instans semeltre Commititonibus Aestumatisimis offert Praelectiones,

- 1) in Iurisprudentiam contractuum cautelarem praeeunte Otto Ludwig von Eichmann in dem Versuch der ersten Gründzüge der Fürsichtigkeiten bei den Contracten.
- 2) in Processum civilem secundum Gottlob Eusebius Delzhens Anleitung zur gerichtlichen Praxis überhaupt und insbesondere zu dem ordentlichen Civilproces.
- 3) in Iurisprudentiam Romano-germanico forensem secundum I. G. A. Lobethan Systema elementare jurisprudentiae priuatae.
- 4) in Ius civile secundum ordinem Institutionum. Nec iis deerit, qui
- 5) Collegio Institutionum examinatorio operam navare volunt.

D. FRIED.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instantे semestri  
aestiuo

- 1) commentabitur in titulos ff. de Verb. Significat. & de Diuers. Regul. Iuris;
- 2) explicabit historiam iuris, duce Plattnero;
- 3) hermeneuticam iuris Romani; &
- 4) ius Germanicum priuatum : illam praeeunte Conradi in Observationibus iuris ciuilis Volum. I., hoc ad filum Schovii expositurus. Praeterea iis etiam industriam spondet, qui examinatoria aut practica forte, tam iudicia quād extrajudicia , desiderauerint. Horas reliquaque indicabit e tabula.

M. IOACH. HENR. LUDEWIG, L. A. Lector Publ. & I. U. C. studiis Commititonum inservire paratus, Deo adiuvante, diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris hora I - II, Incipientibus, Linguae Anglicae elementa tradet, aliis autem horis, itili loquendique praecepta suppeditabit, insuper etiam si forsitan aequus adlit numerus auditorum dictis diebus hora IX - X. Historiam Imperii Romano-Germanici docebit ad filum Compendii Illustr. Pütteri, Furter Begrif der teutschen Reichsgeschichte inscripti.

\* \* \*

LVDV. ARENAUD DE LA LANDE, Linguae gallicae Magister linguam suam nonsolum docebit, sed eam etiam ad scribendi loquendique usum traducet.

\*

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritisissimos.

P. P. BIETZOVII ante Festum Paschatos 1784.

